

in the aquatic Moss, &c. The Eggs are soon hatch'd; the young Reptiles creep amongst the Stones and Weeds, &c. and so continue Water - Animals the greatest Part of the Year, until the Season comes round for their Appearance in that beautiful Fly before you, which is different from our *European*; but their Proces I think well agrees with ours, as it is curiously described and delineated by that Excellent Naturalist Mr. *Reaumur*. They have a great Variety of this Tribe of Insects in *America*, as well as we have in *Europe*.

VII. Alberti Halleri *Architatri & Consil.*
Aul. Reg. Medic. in Acad. Gottingens.
Prof. & Reg. Soc. Lond. Sodal. Experi-
menta aliqua ad Respirationem perti-
nentia.

Read Feb. 1. 1749-50. **C**ontroversia de respirationis modo nu-
 per exorta est, cuius historiam hic re-
 censere nihil adtinet. Sufficiat contraxisse experi-
 menta in duo capita, quæ ad rem perficiendam spec-
 tant.

Dubium primum fuit, num musculi intercostales
 interni elevent costas, ut primus vester *Mayovius*
 invenit; an depriment, ut olim *Galenus*, tum *Fran-*
ciscus Bayle, et alii.

Dubium alterum fuit, an aer elasticus reperiatur
 T t inter



inter pleuram et pulmones, an omnino pulmones pleurae continui sint.

Sexaginta fere viva animalia incidi, præter alia experimenta. In iis repertum est, quod nunc vobis **ILLUSTRES VIRI**, propono, rogatosque volo, ut repeti pericula jubeatis, atque, si omnino meis consentiunt, finem inponatis controversiæ.

Ad primam quæstionem. Cani religato nudentur musculi pectoris, cute remota, in superiori maxime parte, ubi res evidentior est. Removeatur præterea pectoralis uterque, et destruatur tantum de exterioribus intercostalibus, quantum sufficit ad observandam conditionem et actionem internorum.

Utile fuerit animal cogere, ut quam vehementissime insipiret: quod fiet in primis pectoris altera parte foramine pertusa, ut aer subire, et alterum pulmonem inutilem reddere possit. Ita enim animal pulmone superflue, quam maximo cum conatu utitur. Non tamen necesse est pleuram perforare, et irritatus canis, etiam absque ea vi valide respirat, si alcohole vulnus tangatur.

Adparebit ita, in inspirando, costarum intervalla quam proxime ad se invicem accedere, ut ultra medium sibi propiora fiant, musculos internos laborare vehementer, tumere, durescere, costas adscendere omnes, prima excepta, quæ tantillum movetur, rotari omnes circa punctum imaginarium, quod est in appendice cartilaginea haud longe a sterno, ut costæ pars sterno commissa descendat, pars a sterno remota adscendat, et extrorsum vertatur.

In expiratione descendunt costæ omnes, iterum prima excepta, quæ parum nutat; intervalla, in vehementi expiratione, longiora fiunt, et tenduntur, et qui-

quiescunt interni musculi. Hæc ad primam quæstionem.

Ad alteram.

Sumatur animal quodcumque vivum aut mortuum, mergatur sub aqua, et sub aqua prudenter, ne pulmonem lædas, pertundatur pleura. Si aer elasticus est inter pleuram et pulmonem, bullæ adscendent per aquam. Si nullæ adscendunt, nullus adest aer. Id me rectius nōstis, et ex principiis patet.

Sed repetita satis experimenta feci. Bullæ nunquam adparuerunt in ullo experimento, et videor mihi nihil præcipitis corollarii inde deducere, si inde conclusero, nullum adeo elasticum aerem inter pleuram et pulmonem esse.

D. Gottingæ, d. 6. Jan. 1749.

VIII. *A Letter from Father Anthony Gaubil Jesuit, to Dr. Mortimer, Secr. R. S. containing some Account of the Knowledge of Geography among the Chineſe, and of Paper-Money current there. Translated from the French by T. S. M. D. and F. R. S.*

Peking Nov. 9. 1748.

SIR,

Read Feb. 1. 1749. IT is now some time since I received from M. de L'isle Part of a Map of the World, found among the Papers of the late Dr. Kämpfer. In this Map were several Chineſe